

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies primus et secundus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romæ, 1866

Acta Es Menæis Græcis, Interprete Cornelio Byeo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73889](#)

AUCTORE
C. B.

utpote Sanctum, multis angustiis primo sub Leone Armeno, ac dein sub Michaeli Balbo, hujusque filio Theophilo pro sacrarum imaginum cultu toleratis, tandem ad Dominum, cum quintum supra septuagesimum aetatis suae annum iam implesset, migrasse affirmans. Verum quo id determinato anno, et quo loco evenit? Nicetam in monasterio, quod ad mare situm esset, diem clausisse extremum, Acta e Menzis danda num. ultimo memorie produnt.

*ac tandem
anno circiter,
ut probabile
apparet, 838
obit.*

17 Ast cum nec mare, nec noti situs locum, cui monasterium illud adjacerit, determinant, dubius haec, an Sanctum prope Constantinopolim, in cuius suburbanis locis eum, sexcentibus in orthodoxos iconomachis, aliquamdiu degisse exsulem Menza affirmant, e vivis excessisse statu possim statuere, hinc illum Gracis, ecclesiasticas scilicet, non ratione obitus, sed cultus, quo apud Gracos gaudet olimve fuit garitus, supra in titulo adscribo. Quod autem ad annum, quo vita functus sit, jam pertinet, hunc ita definitio: Sanctus, ut num. 15 docui, verosimiliter anno 815 monachum induit; quare cum tunc, ut Acta e Menzis danda num. 2 docent, quinquaginta annis jam vixisset, annorumque, cum obiit, ut eadem Acta, suffragante etiam Sirmondiano elogio, testantur, quinque circiter supra septuaginta existiterit, consecrarium est, ut, quenadmodum calculos inveniunt patebit, anno circiter 858 felici e vivis excessu ad Superos migravit: etsi autem hoc mortis Sancti epocha, utpote in solis fere fidei minime indubio Menzis fundata, pro omnino certa haberi haud queat, sed tantum pro probabilitate, dubitandum equidem non appareat, quin

B

Nicetas sub Theophilo imperatore, ac proin post D annum 828, quo novem circiter mensibus elapsi, imperio Orientali primum praesesse is copit, diem suum obierit; id enim non tantum in Menzis fundamentum habet, sed et in Sirmondiano elogio, cui præterea nec Sirletianum nec Basilianum refragatur, ut ex jam supra dictis pronum est colligeret.

18 Ceterum, que de ærumnis, pro sacrarum imaginum cultu a Sancto toleratis, num. 16 in medium adduxi, fusius exponuntur in Actis, que jam nunc, additis etiam de more, ubi opportunum videbatur, Annotationibus, Commentario huic subjuncturus sum, quæque ut qualia sint, studiosus lector ante noscat, ita hunc de illis premonendum existimo: Etsi aperte, ut jam supra dixi, fabulosus seu commentitia non sint; ino vero etsi etiam nihil, aut certe fere nihil, quod a verisimilitudine omnino abhorreat, memorie prodant, fidem tamen in iis, que aliunde confirmari nequeant, indubiam haud merentur: excerpta enim sunt, ut jam monui, e magnis Græcorum Menzis excusis, que, quamquam non pauca, tum verisimilia, tum etiam veritati apprime consona, continent, plurima tamen etiam, ut vulgo notum est, admixta habent, que vel a veritate indubie aliena sunt, vel falsitatis suspecta atque e fontibus omnino lutulentis deponuntur; hisce autem ea, que de Sancto Menza produnt, nec alibi leguntur, accensanda non esse, pro certo quis definit?

En nunc ipsa Græca Sancti Acta cum adjecta versione Latina, quam ipsem adornavi, quod aliam, que satis arrideret, haud invenerim.

E
*Edenda ejus
Acta qualia
sunt.*

ACTA

EX MENÆIS GRÆCIS,

Interprete Cornelio Byeо.

*Sanctus, qui
in Paphlagonia
natus
rat, Sicilia
præfecturam
gessit.*

*a**b**c**d**e**f**g*

*tandemque,
munere hoc
dimisso, mo-
nachum in-
duit;*

*h**i**k*

*C Hic (sanctus Nicetas) in Paphlagonum re-
gione a piis Deumque amantibus parentibus
natus est. Autem ipsum a Theodora im-
peratrice orиundum fuisse b. Porro cum litteris
imbendus datus, isisque jam imbutus fuisset,
Constantinopolim c venit annorum existens se-
ptemdecim d. Porro cum Irene imperii sceptrum
tunc teneret, Puerumque, utpote a parentibus
castratum e, eunuchum esse, intellexisset, in
palatium eum accepit, breveque primus inter
omnes domesticos effectus est, atque, cum ad
patriciorum dignitatem fuisse evectus, Siciliæ/ præfectorus constitutus. Itaque cum vitam hone-
stam Deoque placenter eo ex tempore duxisset,
atque in monachum attonderi vellet, id ab im-
perantibus Nicephoro g ejusque filio Stauracio
non impetravit.*

*2 Ast cum postea rerum potitus esset im-
perator Michael h, vix tandem ipse interpellatus,
permisit quidem monachum illum fieri, civi-
tate autem non egredi, sed ad auream port-
tam, dans ei monasterium, Chrysoneum nun-
cupatum i, manere præcepit. Quinquaginta
autem annorum erat, quando in monachum
attensus est k, sponsore ipsius existente im-*

O
*ὗτος γεννᾶται ἐν τῇ Παφλαγόνων χώρᾳ παρὰ εὐσεβῶν καὶ φιλοθέων γονέων. Φασὶ δὲ αὐτὸν ἀπόγονον εἶναι Θεοδώρας τῆς βασιλίστης ἐκδόσεις δὲ καὶ παιδευθεὶς ἐν τῇ βασιλευόντη εἰσῆλθεν δεκαπέτα χρόνων ὑπάρχων. Εἰρίνης δὲ τότε τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας χρηστούσης καὶ τὸν Ηπεῖδα ἀναμαθούσης εἰνόχου εἶναι ὡς πάρκα τῶν γονέων εἰνοχισθέντα, ἀνελέθετο, καὶ δὲ ὅλιγον πρότος ἐν τοῖς οἰκείοις πάντων γίνεται. Καὶ φέάτης τὸ τῶν πατριών οὔτισμα σραπηγός Σικελίας προβάλλεται. Βιττοπο-
τὸν καλῶς καὶ θερίστος βιώτας καὶ βουλόμενος ἀποκρῆναι, οὐ συνεχορεῖτο παρὰ τῶν χρατούντων, τούτῳ Νικηφόρου καὶ τοῦ νιοῦ αὐτοῦ Σταυραχίου.*

*2 Τζερον δὲ κρατήσαντος τοῦ βασιλέως Μι-
χαὴλ, μόλις οὗτος παρακληθεὶς κατένευσε μονα-
χὸν μὲν γενέσθαι, τῆς πόλεως δὲ μὴ ἔξελθειν, ὅλη
εἰς τὸν λεγομένον χρυστὸν πόρταν δοὺς αὐτῷ μονὴν,
τὴν λεγομένην Χρυσονίκην, προσμένεν ἐκέλευσε.
Πεντηκόντα δὲ χρόνον ἦν, κατὰ δὲ καιρὸν ἀποκα-
ρεῖς, ἀνάδοχος ὁ βασιλίσκος τούτου γέγονεν. Έν
ταύτῃ τῇ μονῇ διῆγεν δέκα τῆς βασιλείας Δέκατος
τοῦ*

A τοῦ εἰκονομάχου. Ως δὲ ἔώρα τὰ κατὰ τῶν ἀγίων εἰκόνων γινομένα, ἐξελθὼν τῆς πόλεως εἰς προάσπειον ἀπῆλθεν, διάστης τῇ μονῇ ἀστροφίσατο, καὶ συγκατέλυμέν ἐστὸν τοῖς ἐσχάτοις ἀδελφοῖς, συνεσθίων καὶ συγκοπιῶν αὐτοῖς.

* ὑπερένοις 3 Ἐπεὶ δὲ τινες δισβολεῖς τῷ θεομάρχῳ χρηζό-
μενοι προστήρεισαν, εἰκόνα κεκτῆσθαι τούτου τοῦ
Σωτῆρος, ἥντες πίτερος ἀπὸ Πόλις ἐλαύνει, ἀπεσάλη-
τον τῆς τάξεως αὐτοῦ τίς, λόγοις οὐκ ἀνειμέροις*,
ἀλλὰ καὶ ἀπειλαῖς ἐκφοβῶν καὶ ἀπειπῶν δοῦλων
οἱ τὸν σεβασμὸν εἰκόνα. Ός δὲ σὸν εἶχε τοῦτον
καταπιεῖν, ὄψεστος ἀποκρύμμενον, ὡς οὐκ ἔνι
αὐτὴ ἡ σεβασμὸς εἰκόνα, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς
ἱεροὺς τῆς ἐκκλησίας ἀφορισθεῖς κειμόλοις, ἀ-
πάσας ἔτερος ἀδελφὸν ἐπὶ τὸ δειχθῆναι αὐτῷ τὸ
ζητούμενον, ἰστηλθεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ λαβὼν τὴν
σεβασμὸν εἰκόνα, ὡς μίσος τοῦ, ἔφριψεν ἀτίμων ἐν
τῷ βεριστῷ αὐτῷ. Ο δὲ Ἀγιος, τοῦτο ιδὼν ἐν
βάθους ἐξενέκεν, ἀρχήν πειρασμῶν τοῦτο λογισά-
μενος. Ἐπεὶ δὲ ἀποχωρεῖν ἔμελεν ὁ ἀποσταλεῖς
ἐξεσφαλίσατο μηδὲλως τὸν Ἀγιον ἔξερχεσθαι τῶν
ἐκεῖστος.

B

* ἕξορισθή- 4 Θεοφίλου δὲ ἔτερου μετὰ ταῦτα τὴν βασιλείαν
νατασχόντος θεομάρχου, καὶ τούτου κατὰ τὰ τῶν
ἀγίων εἰκόνων οὐκ ἀμελῶς μετερχομένου, ἀπεσάλη-
καὶ πρὸς τὸν "Οσιον Θεοδόσιον την αὐτων εἰρκεών
ἐνοπιον τὸν παρερχείντον" Ο βασιλεὺς κελεύει
σοι δι' ἑμού ἢ τῷ πατριάρχῃ Ἀγιανιφ κοινωνῆσαι
καὶ τοῖς εἰκόσι μη προσκυνεῖν ἢ τῇ αὐτῇ ὅρᾳ ἔξορ-
ισθήναι* τῶν ὁδῶν* καὶ δὲ Ἀγιος. Τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ
μηνού εἰκόνα σὺ πάντοι μετὰ προσκυνεῖν, καὶ ὑμεῖς
ἀπαρέσκοντες, τὸν δὲ "Ἀντώνιον, εἰπερ ἐν τῷ καθε-
σηκότι εἰμι, σὺν ὀνομάσω πατριάρχην, ἀλλὰ μοι-
γά. Λοιπὸν ἔξριζε, σφατε, ποιεῖ, δὲ βούλει. Καὶ
εὐθέως ἔχωστεν αὐτὸν ἐπεῖδεν.

* ἔδυστηραι- 5 Ο δὲ Ἀγιος τῷ Θεῷ εὐχαριστήσας, λαβὼν
μεθ' ἑαυτοῦ τρεῖς ἀδελφούς εἰς ἔτερον προτίθεται προά-
σπειον ἀρχοῦ που κείμενον, καὶ διαβιβάσας ἐκεῖστος
τὴν ἀγίαν τεσσαράκοντα ἄρχοι τῆς Πεντηκοστῆς,
καταλαμβάνει τὸ παυτείχιον. Ἐπεὶ δὲ δόγμα ἔξ-
τελη μὴ ὑπόδεχεσθαι τοὺς φεύγοντας Χριστιανούς,
C σενοχρονίεις δὲ Ἀγιος πρὸς ἑρβόλον ὑπέτρεψεν* ὡς
δὲ καὶ ἐκεῖστος διὰ τὴν τὸν Ἀγιαργόντην ἔδυ-
στηραι- χέρανον*, ἥδη πρὸς αὐτὸς* τὸς Νυκόλους προσγενῆς
νευ αὐτὸν
* κατηγορίας 6 Ἀλλὰ μετὰ χρόνον τιὰ μάνυμα γέγονεν αὐτῷ,
η κοινωνῆσαι, η μετανάστην γενέσθαι. Μεταβαίνει
ἐκεῖδεν, ἀφίκετο πρὸς Κατισταν, καὶ τοπίον μικρὸν
εὑρόν ἔξωντα τοῦτο καὶ εἰς ὅνομα τῶν ἀστο-
μάτων δειμάνενος νάνον, χρόνους ικανούς μετὰ τῶν
συνόντων αὐτῷ, ἀδελφὸν καλός καὶ θεάρετος δια-
βίζεται ἐν αὐτῷ, τελευταῖον εἰς τὸ παρὰ τὴν
Θαλάσσαν ἀφίκετο μοναστήριον, ἐν δὲ καὶ τοὺς μο-
ναχοὺς κατηγήσας καὶ ἐπενδέμενος, τὴν ἑαυτοῦ
πρὸς Κυριὸν ἐνδημίαν προγονοῦς ἔξεδήμησε, πολλὰ
καὶ ζῶν καὶ μετὰ Σάνατον θάνατον πεποικώς*,
περὶ τὰ ἴδια μήνεα πάντες ἔτη γεγονός.

* κατηγορίας 6 Ἀλλὰ μετὰ χρόνον τιὰ μάνυμα γέγονεν αὐτῷ,
η κοινωνῆσαι, η μετανάστην γενέσθαι. Μεταβαίνει
ἐκεῖδεν, ἀφίκετο πρὸς Κατισταν, καὶ τοπίον μικρὸν
εὑρόν ἔξωντα τοῦτο καὶ εἰς ὅνομα τῶν ἀστο-
μάτων δειμάνενος νάνον, χρόνους ικανούς μετὰ τῶν
συνόντων αὐτῷ, ἀδελφὸν καλός καὶ θεάρετος δια-
βίζεται ἐν αὐτῷ, τελευταῖον εἰς τὸ παρὰ τὴν
Θαλάσσαν ἀφίκετο μοναστήριον, ἐν δὲ καὶ τοὺς μο-
ναχούς κατηγήσας καὶ ἐπενδέμενος, τὴν ἑαυτοῦ
πρὸς Κυριὸν ἐνδημίαν προγονοῦς ἔξεδήμησε, πολλὰ
καὶ ζῶν καὶ μετὰ Σάνατον θάνατον πεποικώς*,
περὶ τὰ ἴδια μήνεα πάντες ἔτη γεγονός.

peratore. In monasterio illo mansit usque ad Leonis iconomachi *l* imperium. Ut autem, quae in imagines committebantur, conspexit, urbe exiens, in suburbanum *m*, quod ipsem monasterio dederat, concessit, ac ultimus fratum sese adjunxit, manducans labransque cum eis.

EX MENEAEIS.

*l**m*

3 Verum cum delatores quidam, Dei hosti obsequentes, denuntiarunt, Servatoris imaginem, quam certo ex urbe *n* abstulisset, habere ipsum, quidam ex ordine ipsius missus est, qui non verbi parum pacatis, sed minis eum territaret, sibique venerandam imaginem dari postularet. Cum vero hic illum sibi obtemporebant non haberet, sed tandem respondentem, imaginem non esse suam, sed Dei, atque in sacro ecclesiae thesauro haberi reconditam, alio arrepto fratre, qui, quod quereretur, ostenderet, templum ingressus est, arreptamque venerandam imaginem in equum suum veredarium *o*, velut exercrandum quid, absque reverentia conjectit. Hoc autem cum Sanctus vidisset, ex imo pectore ingemuit, tentationum initium id Sanctus ullatenus efficeret.

4 Cum autem post hæc Theophilus, alter Dei hostis, imperium esset adeptus *p*, ipseque in sanctas imagines non sogniter fureret, missus est et ad Sanctum Theodosium quidam *q*, qui coram iis, quos praesentes inventit, ita edixit: Imperator tibi per me præcipit, ut aut cum patriarcha Antonio *r* communices et imagines non colas, aut hac ipsa hora hinc in exsilium pellaris. Et Sanctus respondit: Ego Christi ac Dei mei imaginem non cessabo unquam venerari, etiam si vos id agre feratis; Antonium autem, quamdiu in vivis fuero, patriarcham non nominabo, sed moechum. Ceterum pelle in exsilium, occide, fac, quod vis. Ac statim inde eum expulit.

5 Sanctus autem, gratias Deo actis, tribus secum assumptis fratribus, in aliud suburbanum haud procul inde situ secessit, cumque ibidem sanctam Quadragesimam usque ad Pentecosten transegisset, in publicum hospitium se receperit. Cum autem edictum esset propositum, ne hospitio exciperent fugientes Christiani, Sanctus, ad angustias redactus, ad locum, Eribolum-dictum *s*, se contulit; cum vero et ibi ob Agarenorum excusiones moleste ageret, Nicolaus quidam, qui cognatus ei erat, venit ad illum, dicens, non modicam eum reperturum quietem, si ad suburbanum suum, Zulupas appellatum, vellet transire, eoque se contulit.

6 Verum post aliquod tempus significatum passus suis-
ei est, ut aut cum iconomachis communicaret, set, et vivis de-
aut inde recederet. Inde ergo abiens venit ad
Catissiam, inventumque parvum locum emit, cumque in adiuncto ibidem a se sub nomine Incorporeorum *t* templo honeste et religiose cum fratribus, qui ei aderant, sat multis annis vixisset, tandem ad monasterium, mari adiacens, devenit; in quo cum et monachos eruditissim, precibus assidue vacasset, præcognito vita sua exitu, decessit *u* quinque circiter supra septuaginta annorum factus, multis et in vita et post obitum miraculis patrat.

pro sacrarum
imaginarum
cultu*F**s**u*

ANNOTATA.

EX MENAIS

ANNOTATA.

D

- a In Minoris Asia ad Pontum Euxinum sita, uti docent geographi passim obvii.
 b Adi haec de re Comment. prævium num. 10 et seq.
 c Ita ē τῇ βασιλεύοντῇ Latine hic reddidi, quod per βασιλεύοντα seu βασιλεύοντα πόλεις, id est, imperans seu imperium obtinens civitas, apud Græcos olim Constantinopolis, utpote quæ, cum imperatorum sedes esset, imperium quodammodo per hos in ceteras civitates obtineret, soluerit intelligi.
 d Cum igitur Sanctus, ut Commentarii prævii num. 9 ostendi, anno, ut verosimiliter appetat, 765 natus sit, Constantinopolim venerit anno 780, quo Irene, de qua hic mox mentio, imperare primum incipit.
 e Matthæus Raderus, Societatis nostræ sacerdos, in Operc Ms., quod penes nos extat, quodque Sanctorum elogia, quæ in Menais excusis Græce exhibentur, Latine abs illo reddita complectitur, ita ad hunc de Sancto nostro locum in margine notavit: An ita natum? Nicetas scilicet re vera, ut textus Græcus certissime significat, fuisse a parentibus castratum, exgre in animum inducere potuit vir eruditus. Et vero cum hi, uti hic Acta initio docent, pii fuerint ac Deum amantes, parum verosimile vel hic id appetat. Atque idcirco in Commentario prævio num. 18 non dixi, nihil omnino, sed tantum, fere nihil, quod a verisimilitudine prorsus abhorreat, in Actis Sancti, quæ e Menais danda erant, contineri.
 f Notissima hæc maris Mediterranei insula anno 815, quo post gestam illius præfecturam monachum Nicetas induit, imperatoribus Constantinopolitanis adhuc suberat, iis dumtaxat anno 827 per Saracenos crepta, quos ex ea deinde Normanni sculo xi expulere.

g Cum hæc imperium, exauktorat Irene, anno 802 arripiisset, id annum 811, coronato interim in imperatorem filio Stauracio, moderatus est.

B h Is scilicet, qui ab awo dictus fuit Rhangabe, quique imperio Orientali ab anno 811 ad annum 815 præfuit.

i Hinc unice monasterii hujus notitiam hausit Cangius in Constantinopoli Christiana lib. iv, § 8, num. 23.

k Verosimiliter id accedit anno 815. Adi Comment. prævium num. 13.

l Fuit hic etiam Armenus cognominatus, et ab anno 815 ad annum 820 imperii Orientalis habendas tenuit.

m Erat id tum monasterium factum, uti ex sequentibus apparet.

n Cum Constantinopolis a Græcis etiam subinde absque addito appellata inveniatur Πόρη, sitne hic in textu Græco per hoc vocabulum sermo de antiqua, an de nova Roma seu Constantinopoli, pro certo nequeo edicare. Has interim voces ἡπὸ Πόρης cum Radero in Operc, ad lit. e hic laudato, interpretatus sum ex urbe.

o Id est, cursorium, quantum opinor. Adi etiam Cangium in Glossariis mediae et infimæ Latinitatis ad vocabulo Veredarius et Βερεδάριος.

p Imperator hic non statim a morte Leonis Armeni, uti hic Nicetæ Acta opinandi ansam nouemini forte prebeat, imperium Orientale obtinuit, sed tantum post Michaelem Balbum, qui illud proxime a Leonis Armeni necce ad annum usque 829 gubernavit. Rectius itaque Sanctus in Sirmoniano elogio tradidit primum sub Leone Armeno, dein sub Michaelo Balbo, ac tandem sub Theophilo pro sacris imaginibus multa tolerasse.

q Theodosius hic, uti et Nicolaus, qui infra memoratur, mihi aliunde cognitus non est.

r Hæreticus hic patriarcha Constantinopolitanus ab anno circiter 821 ad annum usque 852 sedet. Adi, quæ Operis nostri tomo I Augusti præfixa est, Historiam chronologicam patriarcharum Constantinopolitanorum num. 616.

s Loci hujus, uti et suburbanii Zalupas, Catisiae et Monasterii maritimæ, quorum infra mentio C occurrit, alibi nequivi notitiam invenire.

t Id est, angelorum.

u Acciderit id probabiliter anno circiter 858. Videsis Comment. prævium num. 17.

F



STATOVA

DE